

DEUM. Vid. etiam Suarez disp. 1. Métaph. f. 5. Num: 7.

§. 4. Quia verò hi cum addito tantum Sapientes dicuntur: Sapiens absolutè dictus procul dubio is erit, qui primas rerum omnium caussas intelliget, talis enim non erit in certo genere Sapiens sed absolutè sine restrictione, tum ad Objectum, circa quod versatur, tum ad caussas *εἰναι γάρ τινας σοφεῖς οἰόμεθα θλως, κατὰ μέρος, οὐδὲ αἴλοτι οὐσίας vel (ut alii habent,) οὐδὲ αἴλοτι σοφεῖς.*

*Τὸν δ' οὗτον σκαπτήρα θεόν, οὗτον τῆς, οὐτ' αἴλως τι σοφόν.*

Citante Arist. ex Margite Homeri l. 6. Ethic. cap. 7.

§. 5. Sapiēs verò absolutè dictus non tantū principia & caussas novisse, sed etiam nonnullarum rerum scientiā, h.e. cognitionem veram ex caussis eductam habere debet. l. 6. Ethic. c. 6. Ideoq; quales illae res sint, quæ à Sapiente absolutè dicto quatenus tali cognosci vel sci-ri debeat, considerandum erit ulterius.

§. 6. Nam propter triplicem cognitionis finem scientiæ secundum Aristotelem triplicis sunt generis, *Contemplativæ, Activæ & Effectivæ*, ita tamen ut illi, qui sciunt res agendas s. aliam architectonicam habent scientiam, Sapientiores ipsi videantur iis, qui norunt res efficere, Theoretici verò utrisq;; inter Theoreticos autem is maximè sapiens erit, qui Entia in universa rerum Naturâ præstantissima cognoscit, qualia sunt DEus & Divina, & erit is absolutè dictus Sapiens, non restri-ctus per magis vel minus.

§. 7. Ex quibus colligitur l. 6. Ethic. c. 7. Sapientiam primariò & absolutè dictam esse cognitionem, seu intellectum primorum principiorum, & scientiam rerum præstantissimarum, *καὶ ὡσπερ κεφαλὴν ἔχουσαν εἰσιημένην. i. e. quæ caput sibi considerandum sumat rerum omnium, ipsa capitatis occupans sedem interscientias, vel quod intellectum primorum*

A 3

prin-